Fragmentarium

misericordie eius: et mirabilia eius
filiis hominum. Quia saciavit ani
mam inanem: et animam esurien
tem saciavit bonis. Sedentes
in tenebris et umbra mortis:
vinctos in mendicitate et ferro.
Quia exacerbaverunt eloquia dei:
et consilium altissimi irritaverunt.
Et humiliatum est ... in labori
bus cor eorum: et infirmati sunt nec
fuit qui adiuvaret. Et clama
verunt ad dominum cum tribularentur: et de
necessitatibus eorum liberavit eos.
Et eduxit eos de tenebris et um
bra mortis: et vincula eorum disru
pit. Confiteantur domino misericordie eius
et mirabilia eius filiis hominum.
Quia contrivit portas ereas: et
vectes ferreos confregit. Suscepit
eos de via iniquitatis eorum: propter
iniusticias enim suas humiliati sunt.
Omnem escam abhominata est
anima eorum: et appropinquaverunt
usque ad portas mortis. Et cla
maverunt ad dominum cum tribularen
tur: et de necessitatibus eorum libera
vit eos. Misit verbum suum et sanavit
eos et eripuit eos de interitioni
bus eorum. Confiteantur domino
misericordie eius: et mirabilia eius filiis
hominum. Et sacrificent sacrificium
laudis: et annuncient opera eius
in exultacione. Qui descendunt

mare in navibus: facientes opera
tionem in aquis multis. Ipsi vide
runt opera domini: et mirabilia eius
in profundo. Dixit et stetit spiritus
procelle: et exaltati sunt fluctus eius.
Ascendunt usque ad celos et descen
dunt usque ad abissos: anima e
orum in malis tabescebat. Turbati
sunt et moti sunt sicut ebrius: et omnis
sapientia eorum devorata est. Et cla
maverunt ad dominum cum tribularen
tur: et de necessitatibus eorum eripu
it eos. Et statuit procellam eius
in auram: et siluerunt fluctus eius.
Et letati sunt quia siluerunt: et de
duxit eos in portum voluntatis eorum.
Confiteantur domino misericordie eius: et mira
bilia eius filiis hominum. Et exal
tent eum in ecclesia plebis: et in ka
thedra seniorum laudent eum. Posu
it flumina in desertum: et exitus
aquarum in sitim. Terram fructi
feram in salsuginem: a malicia
inhabitancium in ea. Posuit deser
tum in stagna aquarum: et terram sine
aqua in exitus aquarum. Et collo
cavit illic esurientes: et constitu
erunt civitatem habitacionis. Et semi
naverunt agros et plantaverunt
vineas: et fecerunt fructum nativi
tatis. Et benedixit eis et multiplica
ti sunt nimis: et iumenta eorum non
minoravit. Et pauci facti sunt

Fragm. lat. 97:1

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK LEIPZIG

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 97, 1r – Psalterium feriatum
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-j4r7/205/2850)